

## Psalmus responsorius

Ps 62, 2abcd. 2e-4. 5-6. 7-8 (R̄: 2c)

R̄. Sitívit in te ánima mea, Dómine, Deus meus.

<sup>2</sup> Deus, Deus meus es tu,  
ad te de luce vígilo.  
Sitívit in te ánima mea,  
te desiderávit caro mea. R̄.

In terra desérta et árida et inaquósa,  
<sup>3</sup> sic in sancto appáruí tibi,  
ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.  
<sup>4</sup> Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas,  
lábia mea laudábunt te. R̄.

<sup>5</sup> Sic benedícam te in vita mea  
et in nómine tuo levábo manus meas.  
<sup>6</sup> Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea,  
et lábiis exsultatiónis laudábit os meum. R̄.

<sup>7</sup> Cum memor ero tui super stratum meum,  
in matutínis meditábor de te,  
<sup>8</sup> quia fuísti adiútor meus,  
et in velaménto alárum tuárum exsultábo. R̄.